

niorem <sup>8)</sup> sigillum nostrum vna cum sigillis, dilecti fratris nostri, domini E. ducis, domini Th. marscalci nostri, domini aberni et karoli predictorum presentibus est appensum, Datum stokholmis <sup>9)</sup> Anno domini .M°.GCC. primo, in vigilia epiphanie domini.

På frånsidan: Nota littera hec est super salista.

Sigillen <sup>10)</sup> N:o 1—4 mer och mindre skadade, det 5:te borta, remsan kvar.

1334.

1301 d. 15 Jan.

Örebro.

Konungens Fogate CHRISTIEFNS Bref om utbyte af Juraby, till Upsala och Waxala kyrkor, emot Almbý.

A. 6. a.

Omnibus presentes litteras inspecturis, CRISTIERNUS aduocatus illustris Regis suecie, salutem in domino sempiternam, Tenore presencium constare volo euidenter, me cum venerabili patre domino vpsalensi prediorum permutacionem fecisse in hunc modum, Habui enim ab ecclesia vpsalensi decem solidos terre in villa almbý parochie vengium et quatuor solidos terre in eadem villa almbý de ecclesia vaxald pro quibus quatuordecim solidis terre supradictis ecclesijs restitui et reassignauí in villa juraby parochie litleni Quindecim solidos terre, cum domibus in fundo eiusdem predij constructis, computatis ad valorem trium marcharum denariorum vel circa, super premissis adhibiti sunt firmarij vlgariter dicti fastar in placito communi secundum terre leges et patrie consuetudinem approbatam, Datum apud ørabro anno domini Millesimo Trescentesimo primo, Dominica post octavas epiphanie proxima.

Sigillet skadadt, på en ur brefvet klippt remsa.

1335.

1301 d. 21 Jan.

Lund.

JOHANNA, Gudmund Litles erkas Gåfvobref på Krumhult i Harlösa socken inom Frosta hárad, till Domkapitlet i Lund.

B. 1: 213.

Omnibus presens scriptum cernentibus JOHANNA. relicta quondam dominj gudmundj dicti litle. Salutem in domino sempiternam. Dum corpus sanitate viget. mens interior in semetipsam collecta pleniorj vtitur ratione. et salubrius disponit iudicium sue voluntatis Quapropter ego johanna presenti pagina omnibus constare volo tam presentibus quam futuris quod opidum krumholt in frosteheret in parochia hardløse situm Molendino. agris. pascuis. siluis et aquis. necnon coloniis et villicis cum omnibus attinenciis suis

8) rei testimonium. 9) Stokholm *utesl.* 10) sigillen 1, 2, 5 bortfallna 3, 4 skadade.